

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 222. Obviis quibuscumque, tametsi sua peccata confitentibus,  
absolutio impartienda non est; sed neganda omnibus, quorum nulla vel  
ficta est conversio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

sum, tametsi remissum, in esse commissi perinde se habet, ac si nunquam fuisse commissum; sed solum in esse residentis subiectum suum dignam odio & penam. Quia ergo per absolutionem, seu remissionem, non tollitur quod peccatum non fuerit commissum, sed semper verum manet illud fuisse commissum: sicut de illius commissione peccator potest se iterum iterumque coram Deo, Deique Ministro humiliare, remissionemque petere; sic Deus, Deique Minister potest illud iterum iterumque remittere, dicendo, *perinde se recipio in gratiam, ac si nunquam commissemus*. Nec verò id absque novo effectu dicitur, sed novam gratiam ex se rethysivam conferendo.

<sup>2653</sup> Neque h̄c valet argumentum à vinculis corporalibus, quæ femei soluta verè amplius solvi necquunt, nisi quis iis de novo fuerit constrictus. Quia aliud est de vinculis physicis, aliud de moralibus; neque ab illis ad ista valet argumentum. Ut enim quis verè h̄c & nunc solvatur à physicis vinculis, debet h̄c & nunc iis constrictus; non sic ut solvatur à vinculis moralibus peccatorum, quæ sufficiat aliquando fuisse commissa, ut tories ab iis solvatur, quoties en confundendo ab iis absolvit. Constatque ex Ecclesiæ sententiā quod ejusmodi solutio non sit absque effectu, prout solutio vinculorum physicorum, jam solutorum: cum per eam verè conferatur gratia ex se remissiva peccatorum commissorum. Et alia absque effectu foret absolutione ejus qui per contritionem perfectam cum confessionis voto à Deo jam est absolutus.

## CAPUT CCXIX.

*Absoluto illicite & invalidè datur absenti.*

**C**onstat ex dictis cap. 194. Vide ibi.

## CAPUT CCXX.

*Absolutio sub conditione de praesenti, si sis contritus, si sincerum habes te emendandi vel restituendi propositum, &c. illicite est. Sub conditione de futuro est invalida.*

<sup>2654</sup> Offeroris partis ratio est, quia non est in portestate Sacerdotis, Sacramenti effectum suspendere ad tempus implete conditionis. Ita *Manuale Cameracense, & Doctores communiter.*

Prioris verò partis ratio est, quia ejusmodi conditio (cuius appositionem Gobat tr. 7. de Sacram. n. 268. justificare conatur, pro ea quod Confessarius rationabiliter dubitat de sufficienti dolore vel proposito penitentis, nec adhibuit diligenter vel proprieitate penitentis) absolucionem dubium solvere potest. Quo etiam casu plures Confessarii perperam existimant se sacrilegii metu liberos, absolvendo sub conditione) absolucionem perinde ridiculam & stolidam reddit, ac si *Judex Civilis* sententiam ferret pro ea parte à qua jus & ratio potior stat. Quemadmodum enim hoc ipsum est de quo *Civilis* *Judex* *judicium* *absolutum* *fere* *debet*; sic illud ipsum est de quo *Judex sacramentalis* *absolutum* *debet* *judicare*. Ad hoc quippe à *Christo* *Judex* est institutum, ut *absolutum* *judicet*, an peccator sufficientem habeat dolorem ac propositum, ad hoc ut *absolvatur*. Nec *absolvere* debet in terris, nisi quem *absolutum* vel *mox absolvendum* credit in celis, prout *communis* est sententia Patrum. Nec sententia, seu *absolutio*, sub tali conditione data, dumtaxat est ridicula, sed & pernicioса. Quia per eam sit, quod penitens, se verè *absolutum* exultans, de reparando defectu sufficientis doloris ac propositi, non sit sollicitus, sed in malo forte statu, ob defectum illum, perseverans communicet.

*Tom. III.*

Quapropter opinionem illam Gobatii Cajetanus exterminandam dicit ab Ecclesia Dei.

Confessor nihilominus, secundum Ecclesiæ sen-<sup>2655</sup> sum & utrum, sub conditione potest absolvere, dum rationabiliter dubitat, num *absolutionis* verba protulerit. Tunc enim dicere potest: *si non es absolutus, ego te absolvō, &c.* Sicut in dubio de baptismo collato: *si non es baptizatus, ego te baptizo, &c.*

Potest etiam sub conditione absolvere, dum, <sup>2656</sup> omnibus consideratis, rationabili dubium est de physica capacitate pueri, an scilicet ad hoc adep-tus sit sufficientem rationis usum. Ad hoc quippe judicandum constitutus non est à Christo *Judex sacramentalis*.

Potest denique sub conditione absolvere mori-<sup>2657</sup> bundum, de quo dubitat, num adhuc vivat: vel de quo non habet nisi probabile testimonium vel dubium indicium, quod absolvī velit, uti Docto-res communiter censem.

Porro in casibus proximè dictis necesse non est conditionem voce exprimere, sed sufficit exprimere mente, ut communis est sensus & usus: cui abesse sufficiente fundamento Caramuel contradicit Theol. Moral. lib. 3. n. 149. dicens, *absolu-tionem* sic non esse sensibilem, nec menti vocem concordare. Quemadmodum enim forma non definit esse sensibilis, licet effectus ipsius non intendatur nisi sub conditione mente concepta, intentioque ejusmodi sufficienter determinat formam sensibilem ad sensum sacramentalem, potius quam ad sensum mere historicum vel jocosum, &c. sic intentio conficiendi Sacramentum sub conditione, sola mente concepta, sufficienter determinat formam sensibilem ad sensum conditionatum. Ad id proinde necesse non est quod apposita conditio sit sensibilis (uti Caramuel putat) neque ut verba correspondant menti absolventes, necesse est quod exprimant totum quod intenditur; sed satis est quod non significant aliud quam mens intendit. In casu vero nostro non significant aliud: & sicut non habent significationem sacramentalem; sic non habent significationem absolutam vel conditionatam, nisi si substantia absoluta vel conditionata intentioni Sacerdotis absolventes. A qua intentione praescindendo, praescindunt à sensu absoluto & conditionato, sicut praescindunt à sensu sacramentali, & non sacramentali.

## CAPUT CCXI.

*Absoluto à censuris precedere debet absolu-tionem à peccatis.*

**P**robat hoc S. Thomas Suppl. q. 24. a. 1. <sup>2658</sup> ad 2. quia, *cum excommunicatus non sit parti-cepis Sacramentorum Ecclesie, Sacerdos non potest absolvere excommunicatum à culpa, nisi sit prius absolutus ab excommunicatione.*

Confirmat id ipsum S. Carolus in Instruc. Con-<sup>2660</sup> fess. si penitens aliquā censurā invidetur à qua Sacerdos licentiam habeat eum absolvendi, debet ea absolutione peccatorum *absolutionem* *precedere*; & bonum est præmittere semper ad cautelam: *in qua-num peccatum, & tu indiges.*

## CAPUT CCXII.

*Oblivis quibuscumque, tametsi sua peccata consi-tentibus, absolutione imparienda non est; sed neganda omnibus, quorum nulla vel ficta est conversio.*

**Q**uia sic exigunt leges, quas Sacramenti Pœ-<sup>2661</sup>nitentiae Minitris Christus prescripsit, ut peccata non dimittant nisi iis qui ea oderunt, qui

Ggg

malum cogitationum suarum auferunt ab oculis Domini, qui quiescent agere perversè, & discunt bene facere, qui faciunt judicium, & justitiam, qui à se projiciunt omnes pravaricationes suas, &c. juxta illud Joël 2. Convertimini ad me in toto corde vestro. Ila. i. Auferete malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quae cete agere perversè, discite bene facere.... Si fuerint peccata vestra ut coccinella, quasi nix delabuntur. Ezech. 18. Si impius egreditur penitentiam ab omnibus peccatis suis.... & fecerit judicium. & iustitiam, vitâ vivet. & non morietur... proiecitur à vobis omnes pravaricationes vestras.... & facite vobis eorū novum, & spiritum novum: & quare morienti domus Israel... revertimini, & vivite. Si is legibus, & non alter, Deus veniam pollicetur; is legibus, & non alter, Dei Minister veniam concedere potest. Quia non est servus major Dominu suo, nec habet potestatem concedendam veniam, nisi secundum voluntatem Domini.

Nec ille Dei leges dumtaxat leguntur in veteri Testamento; verum & in novo, ubi etiam veniam & accessus ad regnum celorum non promittitur, nisi penitentiam agentibus. Matth. 4. Pénitentiam agite, appropinquavit enim regnum celorum. Luc. 13. Nisi penitentiam haberitis, omnes similiter peribitis. Act. 11. Pénitentiam agite... in remissionem peccatorum vestrorum.

Hinc Augustinus in Ptl. 22. Deus conversis ad se, peccata donat; non conversis, non donat. Fulgentius lib. de peccat. remiss. cap. 6. remissionem peccatorum sola de Deo potest elicere cordis vera contritus. Et post Venatum: ipsa iustitia Dei talis est, ut aversus damnet, convertos salvet. Quia, ut S. Petrus Chrysologus ait fern. 30. Deus sic dat peccatis veniam, ut iustitiam in ipsis misericordia, rationeque custodiatis. Peccata vero condonare peccandi voluntatem ex toto non excusatibus, contra iustitiam est. Ut enim Tertullianus 1. de penit. c. 6. quam ineptam, quam iniquam, penitentiam non adimplere, & veniam delictorum sustinere! hoc est prius non exhibere, ad mercem manum mittere. Hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit, hac penitentiae compensatione redimendam proponit imputantem. Si ergo, qui vendicant, prius numquam, quo pacificantur, examinant, ne scapus, nevè rafus, ne adulter. Etiam Dominum credimus penitentia probationem prius inire, tantum nobis mercedem, perennis scientia vita, concessurum. Sed differamus tantisper penitentia veritatem. Tunc... emendatos liquebis, cum absolvimur? Nullo pacto... Peccata ante veniam deflere se debet... Furto quidem aggredi, & propositum... circumduci facile est. Sed Deus Ihesus suo providet, nec finit obrepere indignos. Quid designat ait? nihil est occultum quod non revelabitur. Quantumcumque tenebras factis suis superstruxeris, Deus lumen est, &c.

Ideo etiam Hieronymus ad illa verba, & sibi dabo claves regni celorum: Sacerdotiles oīlos cæcutiē affterit, qui obvios quo cumque absolvunt: istum locum Episcopi & Presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Pharisæorum assumunt superciliosum, vel dantem innocentem, vel solvere se noscios arbitrentur (cum apud Deum, non sentientem Sacerdotum, sed rerum vita queratur) de quibus Ezech. 13. dicitur: mortificabant animas que non moriuntur, & vivificabant animas que non vivunt.

Hinc denique solemnis est sententia Patrum, Sacerdotem solvere non debere, nisi viviscatum à Deo per contritionem, & eductum est sepulchro per confessionem; idque probant exemplo Lazarī, quem Salvator prius suscitavit, atque ē sepulchro eduxit, quam Apostolis solvendum traderet. Teke namque Irenæo 1. 5. adversus heret. c. 13.

Lazarus (quem Christus vocavit voce magna, dicens: Lazarus veni foras) & exivit, inquit, manus, colligatus pedes & manus inflexi: hoc sympropter hoc aut Dominus: solvite illum, & dimittite eum abire. Quod symbolum explicans Augustinus in Ptl. 101. conc. 2. remissio (inquit) quia processus de monumento, nisi diceretur, solvite eum, & finite abire! ipse quidem (Christus) vox de sepulchro suscitavit, ipse clamando animam redidit.... Sit hoc in corde penitentis. Cum cuīs hominem pœnitere, peccatorum suorum, jam revixit. Cum audīt hominem confitente proferre conscientiam, jam de sepulchro eductus est; sed nondum solutus est. Quando solvitur? à quibus solvitur? Quae solvitur, inquit, in terra, erunt soluta & in celo. Merito per Ecclesiam dari solutio peccatorum potest: suscitari autem ipse mortuus non nisi intus clamante Domino potest. Hec enim Deus interior agit. Et fern. 8. de verb. Dom. secundum Matth. Qui confitetur, foras pridit. Foras prodire non posset, nisi vivere. Vivere non posset, nisi resuscitatus esset. Dicit ergo aliquis: quid prodest Ecclia, si jam Confessor vox Domina regnatus pridet? Quid prodest Ecclesia confitentes? ipsa Lazarum astendit. Cum vinculis pridet. Jam vivet confitendo, sed nondum liber ambulabat, vinculis irritus. Quid ergo facit Ecclesia, cui dictum est, quae solvit in terra, solata erunt? nisi quod ait Dominus continuo ad discipulos: solvite illum, & finite abire.

Et post Augustinum Eucherius homil. post Do. min. 4. Quadrages. relato Lazari exemplo: hic (inquit) fortasse significatio est, ut intelligamus, quia peccator quacumque hora conversus fuerit, & ingemuerit, vitâ vivet.... Ligatu tamen aducere videtur, donec ab Episcopo solutus, Ecclesia Sacramentis reconcilietur.

Et post Eucherium Gregorius Magnus hom. 26. in Evang. Causa ergo penitanda sunt, & tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est quae culpa præcessit, aut quae sit penitentia fecita post culpam: ut quos omnipotens Deus per compunctionem gratiam & iustitiam, filios Pastoris sententiā solvit. Tunc cum vero est ab soluto Presidentis, cum eterni arbitrium sequitur Iudicis. Quid bene prædicta quæstio huius mortui resuscitati sita significat: que videlicet monstrat, quia prius mortuum Dominus vocavit, & vivificavit dicens: Lazarus veni foras. Et postmodum in qui vivens egressus fuit, tunc dixit discipulis: solvite eum, & finite abire. Ecce illam discipulis jam viventem solvant, quem Magister resuscitaverat morenum.... Ex qua consideratione intendimus est, quid illos nos debemus per Pastorem auctoritatem solvere, quos Autem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificare.

Hanc sanctissimi Pontificis sententiam de peccatore non absolvendo, nisi se divina gratia adiutorio per contritionem revixisse probaverit, pauplum amplexati sunt, quotquot ipsum subsecuti sunt Patres & Doctores, nimis S. Eligius homil. 11. Beda in cap. 11. Joan. Et in lib. scintillar. c. 74. Christianus Drumarus Corbeanus Monachus, in epist. Matth. c. 10. Haymo Haberstaedt homil. in die SS. Petri & Pauli. Et homil. in Octav. Patch. Antelius in c. 16. Matth. & 11. Joan. Brums, Signiensis Episcopus, Apostolus. Sedit in Gallia Legatus, in Joan. p. 2. c. 9. Rupertus Abbas lib. 10. in Evang. Joan. c. 11. Laurentius Justinianus 1. 1. de spiritu interrogat. amme, ubi sit: solerter Sacramentorum celestium dispensator invigilat, ut cum tantummodo solvit, quem introrsum per compunctionem, sive compa-

*H*uius indicium, vivificatum est à Deo deprehendit. Ita etiam noster Waldensis i. 2. de Sacram. c. 143. placet quod Lazarus suscitatur, & viris, prius tempore quam solvant discipuli. Ita Dominus suscitat peccatorem prius, quam solverint Sacerdotes.

2669 Eo tamen non obstante poenitens peccator ad huc verissimè vivificatur ministerio Sacerdotis, meritoque inter articulos à Pio V. damnatos, illi 35. reprobatis fuit: *peccator pœnitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolvientis, sed à solo Deo, qui pœnitentiam suggesteret, & inspiraret, vivificat eum, & resuscitat.* Ministerio autem Sacerdotis solus resutus tollitur.

Vita quippe illa, quā peccator pœnitens à Deo vivificatur, cum ei pœnitentia, & vita novæ propulsitum & inchoatio per Dei gratiam inspiratur, ut plurimum non est nisi imperfæcta & inchoata, confitens in inchoata dilectione, quā pœnitens Deum tamquam omnis justitiae fontem diligenter incipit, & inde adversus peccata moveatur per verum eorum opus ac dæctationem. Præter vitam quippe illam, opus est vita absoluta & perfecta, per infusionem gratie sanctificantis, per quam homo verè sanctificatur, & per Spiritum sanctum inhabitantem Dei amicus, & palnes vivus in vita Christo efficietur. Qualiter peccator ut plurimum non vivificatur a Sacerdoti absolute.

2670 Distinguendam verò esse duplēcē illam vivificationem, idem Pontifex, & Ecclesia per ipsum declaravit, dum & istum articulatum reprobavit: illa distinctione duplēcē vivificationis; alterius quā vivificatur peccator, cum ei pœnitentia, & vita nova propositum & inchoatio per Dei gratiam inspiratur; alterius quā vivificatur, qui verè suscipitur, & palnes vivus in vita Christo efficietur; pariter commentarij est, & Scripturæ minime congruen. Cui condemnationem subscrivens Facultas Lovaniensis anno 1586. eleganti Augustini testimo- nio eam illustravit: *etiam ante remissionem peccatorum, atque inhabitantem Spiritum, & justificationis & vita quadam inchoatione sunt conceptionibus (ut loquitur Augustinus q. 2. ad Simpli- cianum) similes. At non solum spiritualiter concipi, verū etiam nasci opus est. Ac tunc denum captum justificationis ac vivificationis opus, infu- sione vivifice charitatis absolvitur.*

## C A P U T C C X X I I I .

*Absolutio (extra mortis articulum) differenda est ita, quorum contritus, spectatis omnibus, dubia & incerta est. Nec ad eam impen- den- dam sufficit quacumque ea probabilitas, si in contraria sit aequalis vel major proba- bilitas.*

2671 *E*s contra nonnullos Recentiores, aentes, quodd Elicet stante dubio de materia sufficienti, quanto sensibilis est, Sacramentum administrari nequeat: feciis quando materia non est sensibilis, sed interna, prout est contritus. Unde contendunt, quod Confessarius debet esse contentus con- tritione probabili, quia tunc probabilis est, dum pœnitens dicit se esse contritum. Quia contrito certa haberi non potest. Ita Franciscus Reymakers in iis Appendice n. 270. Quam Adolfs Goedfridus Volfinus, Ordinarius Mogontinus, laudibus à veritate profutus alienis exornavit.

2672 Unde contra ipsos assertio nostra prebatur, quia Confessarius (regulariter loquendo) non potest absolvere eum, quem rationabiliter non credit à Deo vivificatum per contritionem, ut constat ex eius capite tracenti. Sed eum non credit rationabiliter vivificatum per contritionem, cuius

*Tom. III.*

G g g 2

contritio, spectatis omnibus, ipsi dubia est, ob aqualem hinc inde probabilitatem. Et multo minus dum Confessario magis probable videtur, ipsum non esse, quam esse contritum. Cum ex dictis to. 1. de probabilitate, intellectus assentiri nequeat unum parti contradictionis, dum, spectatis omnibus, aequalis vel major ipsi appetere probabilitas in contrarium. Et dato, non concessio, quod id physicè posset, salem moraliter, seu rationabiliter & prudenter non potest, sed temerari ad summum, prout ibidem ostensum est.

2673 2º. tametsi contritus omnimodo certa haberi nequeat; haberi potest plusquam dubia, & plusquam æquæ vel minus probabilis, seu æquæ vel minus probabilitate vera, quam falsa. Tam ergo requiritur plusquam dubia, & plusquam æquæ vel minus probabilis, in Sacramento Pœnitentiaæ, quam requiritur materia plusquam dubia & plusquam æquæ vel minus probabilis, in reliquo Sacramentis, ubi materia est sensibilis & externa. Est enim magistralis regula Doctorum, quod in administratione Sacramentorum, circa necessitatem, ut non licet materia vel formâ dubia, dum adhiberi potest certa: & dum certa adhiberi nequit, salem adhibenda sit, qua proximus accedit ad certam, ita ut non adhibeat probabilitus falsa, quam vera (fatuum namque & irrationaliter est, scilicet & volenter magis accedere ad falsum quam ad verum, in necessariis ad salutem) sed adhibeat tam propè accedens ad certam, quam adhiberi potest. A qua regula aperte deviat, qui adhibet contritionem dubiam, vel probabilitus falsam, absolvique dubiæ vel minus probabilitate contritus. Et quia talis absolvit, in administratione Sacramenti Pœnitentiaæ sequitur opinionem minus probabilem de valore, reliqua tunc (cum tutius sit non absolvere dubiæ contritus, quam absolvere) hoc autem illicitum Ecclesia declaravit, dum propositionem hanc dannavit: *non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore, reliqua tunc.*

3º. reverentia Sacramento Pœnitentiaæ debita, 2674 tam populariter carere ipsius irritandi periculum, quantum fieri potest; quam id postulet reverentia alii Sacramentis debita. Sed non carerit ipsius irritandi periculum, quantum fieri potest, qui (sine necessitate) illud administrat, iis in circumstantiis, in quibus æquæ vel magis probabilitate ipsi appetere futurum, quam non futurum irritum, eò quod contritus pœnitens ipsi appareat æquæ vel magis probabilitate falsa, quam vera.

4º. dum haberi nequit certitudine, ea ad minus cum prudentia administrandum est Pœnitentia Sacramentum, quam adhibere solent quicunque serio & cordate, juxta prudentias regulas, magni momenti rem pertractant. Ad eam vero contenti non sunt quicunque probabilitate, si tam tenuis sit, ut aequalis vel major probabilitas appareat in contrarium. Siquidem hac de re interrogatus quisque cordatus, testimonium perhibebit, te in rebus magni momenti non dirigere se secundum apparentiam, cuius falsitas ipsi videatur, que vel magis probabilis, quam veritas:

quæ sic incursum notam viri admodum imprudentis, si feciis faceret. Siquidem ab omnibus imprudenter habetur, & ut talis videtur Mercator, qui negotiationem suam dirigeret secundum apparentiam probabilitas ipsi male, quam bene celsuram. Et si aliquis ipsi appareret via dubii successus, imò probabilitas mali quam boni, eam tamen inire mallet, quam viam securiorem & probabiliorem, ab omnibus pariter ut fatus irridetur. Si ut fatus merito irridetur negotiator ille terra; quamò rationabilius ut fatus irridendum esset negotiator celi, qui in negotiis animæ sua, vel proximi, unde pender aternitas, negotiando.